



~~2/1~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-2

SIGNAT. MDCCCXIII.



In Obitum Beatum
 VIRI - JUVENIS
 PEREXIMII, PRÆSTANTISSIMI AC CLARE-DOCTI,
 DOMINI
LUDOVICI

Utechten/

SEDINO-POMERANI,
 S. S. THEOL. ET PHILOS.
 STUDIOSI MAXIME INDUSTRII,

EPICEDIA

à

PATRONIS, PRÆCEPTORIBUS, FAU-
 TORIBUS ET AMICIS,

leniendo dolori

adornata

Ipsò exequiarum die XXIII. Februar.

A. M. DC. XC.



WITTENBERGÆ,

Prelo excudebat MATTHÆUS HENCKELIUS, Acad. Typogr.

In Obitum Beatorum
VIRI-JUVENIS
PREFEXIMI, REVERENTISSIMI AC CLARE-DOCTI
DOMINI
LUDOVICI

SEBASTIANI
NOMINE SEDINO-POMERANI,
S.S. THEOL. ET PHILOS.
STUDIOSI MAXIME INDUSTRII,

EPICEDIA
PATRONIS, PRAECEPTORIBUS, FAU-
TORIBUS ET AMICIS

Ipse exequium die XVIII Februarii



WITENBERGAE,
Gyelo excudebat Matthias Kramersius, Anno 1700.





Doctrinæ sibi dum plenos UTECHTUS
 acervos
 Congerit & Sacras mente recondit
 opes,
 Maturum ad cœlos Academia mittit alu-
 mnum,
 Et superum miscet gratificata choris.
 Felix, corporeæ molis qui lege solutus
 Præsentem spectat, sed sine nube, Deum.

JO. GOTHOFREDUS BERGER, D.
 Academ. h. t. RECTOR.

NOMEN UTECHTORUM non est ignobile Nostræ
 Urbi : nam Musis TRES modo sacra dabant.
 Ex Tribus His Unus nunc migrat ad Optima Cœli
 Sacra, cui faveat GYMNASIARCHA DEUS.
 Annos, Fortunas, Felicia cætera Mundi
 HUIUS mox reliquis addat JOVA, precor!
 Floreat æternum HUIC Academia Calica ; Terris
 Floreat & Reliquum PAR, bonitate DEI !

συμπαιθίας & εὐλογίας ἐνεκα
 scrib.

Johannes Deutschmann / D.

Quem Pietatis amor, Patientia, Spesq; Fidesq;
 Exornant, felix vivit is, & moritur.
 Quis talis fuerit, quæris? fuit Optimus UTECHT,
 Vita proinde ejus, morsq; beata manet.

Testimonii loco scripsit

Caspar Löscher / D.

EXcepisse sinu gaudebat Leucoris alma
 Quem fatis raptum mox gemebunda dolet.
 Ingenium Juvenis, mores ardorq; sciendi
 Venturæ laudis credita signa fore.
 At spes præclaras mors intempesta fefellit,
 Nil constans hominum rebus inesse docens.

G. MICHAEL HEBER, D.

A 1

Quod

FELIX, QVI MORITVR JUVENIS! Sapiencia prisca
Dixerat; & merito, nec ratione caret.
Ne carnis mundive doli sua retia ponant,
Innocuos vitiis illaqueando suis
Felix & UTECHT, Juvenum *Præclara Corona*,
Indole, Natali, Sedulitate probus.
Occidit, & post tres steterat vigesimus annus
Quando pium JUVENEM mors inopina rapit.
Scilicet occidimus nascendo; ab origine pendet
Finis, & is bonus est, clausula quando bona est!

Mæstitudine debita obitum

PIISSIMI & ac PRÆCELLENTISS.

JUVENIS

luxit & profecutus est

D. GEORGIUS FRANCUS,

Aliqvot Elector. & Principp. Consil.

ac Archiater C. P. Caf. & Prof. P.

PRO patria quot quot ceciderunt arma moventes
Vivere in æternum gloria parta facit:
Servat ab interitu Musarum castra secutos
Virtus, quæ prohibet nomen in orbe mori.

Casparus Henricus Horn, D.

Quid vita? quid est? exilium quietis omnis,
Sentina malorum miserabilis laborum;
Crux, pestis, onus, carcer, iniquitatis aula.
Felix anima est, limina quæ subit suprema!
Hic mansio quæta, salubris, & beata!
Jesu bone, Jesu pie, mitissime Jesu!
Ecquando mihi contigerit videre Temet?

deprop.

G. C. KIRCHMAJERUS.

ANte piis studiis animum mentemque colebat,
Atque pio semper pectore plenus erat.
Nunc ejus virtus æternò fulget honore,
Depressamque pio pectore spernit humum.
Sic DEUS acceptos superas deducit ad arces,
Et simul in faustos eripit ante dies.

MICHAEL Strauch/

Super. Math. P. P.

Dum studiis UTECHTE tuis, doctoque labori
Invigilas, subito te fera Parca rapit.
Dignus eras nostri conscendere culmina Pindi,
Dignior at cælo mens tua visa DEO est.

f.
Christianus Röhrensee / P.P.

Pic-

Peridum communis amor, nova gloria Phœbi,
Ac Patriæ spes læta tuæ, quàm funus acerbum
Sistis, & in lacrymas dulcissima gaudia mutas!
Jam lugent CHARITES, jam mortis imagine TRIGA
Solvitur, Aoniis dilecta sororibus atq;
VOS SEDINENSES jam tertia vestra Voluptas
Deferit, ô nunquam tam tristia cernite fata!

THEODORUS DASSOVIUS, P. P.

Bumale dum nunc solvitur frigus, vices
Grataqve veris imminet, UTECHTIUS
Hæc arva, quæso, cur reliquit dulcia?
Ad solis ipse regiam se contulit,
Veris perennis ut fruatur gaudio.

MARTINUS KNORRE,
Inf. Math. P. P.

Quæ nova, Leucorides? Indictum est funus Athenis,
Funus, quod meritò concelebrare decet.
Namq; pium est, Juvenem nulli pietate secundam,
UTECHTUM dignis condecorare modis.
Ipse vicem doleo PATRIÆ, quum nobile Pignus
Lugeat, ac damnum lugeat ipsa suum.
Sed nihil hic luctus prodest, quòd in arce BEATUS
Jam superâ Cæli gaudia vera capit.
Eusebie hic Nomen Cultoris obire vetabit,
Donec Virtuti constat in Orbe decus.

JO. FRIDERIC. Scharff / D.

Pauxillum est, quod vivit homo: ceu præterit unda;
Sic hominis subito tempore vita fluit.
Seu sumus in cursu: Seu meta propinqua labori est
Injicit extemplò Parca maligna manus.
Sed frustra accusas fatum, tolerare necesse est;
Satqve diu vixit, qui in DOMINO moritur.

JOHANNES CAROLUS NÆVIUS, D.

En werthen Musen Sohn / so Stettin her ges
schickt /

Hat zwar der Tod geschwind genommen von der
Erden

Und das gesezte Ziel ganz unverhofft verrüft;
Do H wohl dem / der da kan so bald voll
kommen werden!

Gottfried Sævus, D.

Acad. Witteb. & Consist. Eccles.
ibid. Protonotarius.

- B

Non

Non moritur, fragilem vitam qui mutat, & ipsam
Æternam ingreditur, proq; labore capit.

JO. CASPAR Brendel / D.

Æger qui fuerat non ægrè credo valebit
Nec mors nec morbus quem violentus agit.

P. G. Sperling / D.

Nulla dies, seu mane novo se tollat Olympo
Æquore, seu Titan præcipitetur, abit
Qua non adversis turbetur vita procellis,
Qua non in miseros fors furibunda ruat!

Hæreo quapropter dubius UTECHTE querelas
Num fundam mœstas ad Tua Justa dolens?

An potius requiem nacto Tibi gratuler hancce
Orbe triumphato quod quoque Victor ovas?

Quis fundat lacrymas, si concutit Æocus urnam
Et miseræ vitæ stamina Parca secat?

Mittite Vos lacrymas, dissolvite corde dolores
Mortuus en Vester celsa per astra volat!

^{scr.}
CHRISTIANUS BÄTZER / D.

Parendum est Domino, qui jus vitæque necisque
Solus habet; Terram condidit atque polum.
Desinite ergo animi UTECHTEN deslere beatum:
Nam lætus capiat gaudia mille poli!

ANDREAS BARTHIUS, L.

Ad mœstissimam Dn. Matrem.

Cur mater fundis lacrymas? cum quæro, profaris:
Filius in viridi, spes mea, flore cadit

Non nego, spem juvenis Tibi fecit & omnibus amplam:
Scilicet ingenii ne! bonitate sui.

Sed Tibi paræ: TULLUS senior per funera factus:
Spesq; repleta; DEO dum resolutus obit.

Michaël Godofredus Ziegra/
Medicin Licent.

Astra tenet, propiorq; Deo, quem mente colebat,
Audectus cæli lumina para videt,
Æternamq; mala sine solitudine vitam
Nobiliore sui parte superstes agit.

Este procul lacrimæ. Cælo, superisq; Deoq;
Qui fruitur, punctum temporis omne tulit.

G. THOMASIIUS,

Im

Im Nahmen Jesu Christi!

Es ist zwar offenbahr / daß nach dem alten Bunde
Ein Jeder sterben muß / weñ kommet seine Stunde /
Es mag nun bald geschehn wenn er noch jung und
starck /

Od'r schon im Alter ist / daß man ihn legt im Sarcf.
Jedoch ist diß auch wahr / das es mehr geht zu Herzen
Wenn er muß in der Frömbd' vermercken Todes-Schmer-
ken /

Und sich nach Hause sehnt Die nur noch eins zu sehn /
Die ihm verbunden sind / und kan doch nicht geschehn.
Daß hat der Seelige Herr Utecht auch erfahren
Alhier in Wittenberg in seinen jungen Jahren /
Da Er auch seinen Geist gab in der Frembde auff /
Und auffer seiner Heim't beschloß den Lebens-Lauff:
Jedoch ist auch bekant / daß allezeit gut sterben
An allen Orten ist / und man nicht kan verderben /
Wenn man sich nur bereit zum Todt und seelig stirbt /
Und durch den Glauben ihm nur Gottes Gnad' er-
wirbt.

Drümb trauret nicht zu sehr / die Ihr jetzt send betrübet /
Umb Euren Sohn und Freund den herzlich Ihr ge-
liebet /

Er ist drümb nicht verlohren / besondern geht voran /
Und wartet Euer dort auff Gottes Himmels-Bahn.
Da werdet Ihr einmal Ihn frölich wieder finden /
Und damit Euer Creuß hier glücklich übertwinden /
Wenn Ihr daran gedencft / daß Ihr Ihn werdet sehn /
Und seelig nebenst Ihn für Gottes Throne stehn.

Hiermit wolte des seelig Verstorbenen Frau Mutter und Freun-
de mitleidend trösten der Stettiner aus sonderbahren
Ursachen verbundener

M. JOHANNES FABRICIUS,
Bey der Pfarr-Kirchen alhier
ARCHI - DIACONUS.

Agmine quem Christus pulsô in certamine duxit,
Mortem perpessus, sic quoque victor abit

B 2

UTECHT,

UTECHT, Theologiæ cultor, nunc orbe relicto,
Vivit & in coelis gaudia mille capit.

scr.
M. Johannes Hartung /
Eccles. patr. Diaconus.

Wie ungleich spielet doch des rauhen Todes-Hand?
Verwelkte Rosen strafft sie jetzt mit todtem Leben:
Jetzt muß die schönste Ros' im blüh'n den Geist aufgeben /
Und ihre Schönheit Strahl verdecken kühler Sand.
An seinem Sarg ist ja das Zeugniß angehenkt /
In den / O Seeligster / Ihn hat der Todt verschlossen /
Und seinen Grimm auff Ihn zu zeitig ausgegossen /
Welchs der Frau Mutter Herz in tieffstes Leid versenkt.
Und ich / der ich dem Tod' im Armen liege schon /
Ich lebe sterbend noch. Auch gilt kein Wunsch noch beten /
Sonst hätt' ich seine Stell' im Sterben gern vertreten /
Weil mir dies Leben ist ein Todt / der Todt ein Lohn.
Doch wohl Ihm / Seeligster / der diese schnöde Welt
Mit Gott vertauschet hat. Es singt die reine Seele
Ein Halleluja dem / der sie vors Leibes Höle
Erlöst. Ach! daß ich nicht stracks reis' ins Himmels-Zelt.

Dieses wolte seinem liebwerchesten / Gottesfürchtigen /
From und Fleißigen / Herrn Hausgenossen / aus
herzlichen Mitleiden befügen.

CHRISTIANUS Schrader /
C. D. zu Sachsen
best.
Audit. und Secr.

Quæ matutino gratisima rore vigeant,
Lilia nimboſo vespere sæpe cadunt:
Sic rapit egregias fatum miserabile dotes!
Sic sperata simul gaudia nostra ruunt!

M. JOH. BAPTISTA RÖSCHEL,
Fac. Phil. Adj.

Hæu! cadit ante diem pietatis & indolis alta,
Ac neque doctrinæ pectus inane gerens.
Ast quid dico cadit! cadit haud, sed sede receptus
Cælesti, aternas vivit in axe dies.

In h. p. d. f.

M. Georgius David Ziegra /
Ord. Phil. Adjunctus.

Num miser iste fuit: patriâ qui sede revulsus
Pallida non Proavis miscuit ossa suis?

Fal-

Falleris; omne solum forti natale putatur,
Undiqve quæ cineres conregat, urna latet.
Ipse peregrinâ cubuit tellure Redemptor,
Sanctior ut nobis quælibet esset humus.

Affectus ergo posuit

M. JO. GEORG. Neumann /
Fac. Phil. Adj.

Nonne per ingenuas doctum caput extulit artes
Ingenuus Juvenis? quem Libitina rapit.
UTECHTI dotes, dixi, (nam labe carentis
Est pretium vitæ) scena secunda manet.
Sed mens nata polo scenæ servire recusat,
Nec lacrymis ullis vult maduisse genas.

M. GERHARDUS Mejer / Fac. Phil. Adj.

Sic nostras linguis, quas vix vidisse Camenas
Contigit, atque aliam pergis abire Viam.
Tegmina te rapiunt Superûm, te magnus, UTECHTI,
Arbiter ad Cæli pulpita summa vocat.
Quæ cunctam in terris superabant Dogmata curam,
Nosti in æternis nunc sine mole Scholis.

Amici ex Rostochiensî olim consortio cogniti, ju-
cundissimiq; funus dolens, addebat.

M. NATHANAEL Sals / Gedan. Fac. Phil. Adj.

Dotibus Eusebie multis ornârat UTECHTUM,
Nec parcè Sophie junxerat hæc suas.
Plures hinc ambæ fructûs sperare jubebant,
Quos rapit heu! mortis præcipitata dies.

M. TOBIAS Eckhard / Fac. Ph. Adj.

Rigida membra quidem tumulô clauduntur opacô;
Enthea mens verûm cœlica regna tenet.

M. JO. CHRISTOPH ERNESTI, Fac. Phil. Adj.

Quam Patriam UTECHTUS pretioso Sangvine CHRISTI
Partam exoptavit, jam licet usque frui.
O igitur felix, O terque quaterque beatus,
Quem JESU aspectus, colloquiumque juvat!

M. ABRAH. HENR. DEUTSCHMANNUS, Fac. Ph. Adj.

Quid miseris hæc vita placet mortalibus, umbra
Quæ blandè allectis perfida sæpe nocet?
Umbra fugit, molesque manet concreta malorum,
Furtivâ maculans enthea corda viâ.
Felix, mellifluâ Domini qui voce jubetur
Sedes æthereas quærere vel juvenis!
Hic constans, hic tuta quies, fraus exulat omnis,
Nec metus adversi gaudia grata ferit.
Hic UTECHTE Tibi quis non velit esse propinquus?
Quis non mox cupiat dicere: Munde Vale!

M. THOMAS HAVER, Unna-Westph.

Wie? werthes Wittenberg / die du bißher gewesen
Der Pommern Mutter; Und recht hergliche hast geliebt /
Die unser Pommern dir zu Kindern hat erlesen.
Wie kömpt? Wie kömpt es doch / daß dieses sich begiebt /
Daß unser UTECHTE / der jüngst deinen Schoß gegrüßet /
Und süße Weißheits Milch aus deinen Brüsten sog /
So bald / so unverhofft / die Todten-Baar geküßet /
Da Er auff lange Zeit dir doch entgegen zog?

E

1776

Ist möglich? Daß du den vor andern sterben sehen
 Und auch begraben kanst / der dich so lieb gewann /
 Der dich so sehr geehrt; dir zu Gebot zu stehen
 Sich allezeit befiel / und so wol ließe an?
 Ist möglich? Daß du was an Mutter Treu versehen /
 So man doch immerfort an dir verspüret hat?
 Ein Mutter Herz pflegt ja stets auff der Hut zu stehen /
 Wenn ihrem liebsten Sohn nur das geringste schadt.
 Allein was wollen wir doch dir die Schuld zuschreiben?
 Gott ist's / der deinen Sohn dir aus dem Schoße nimbt.
 Du wirst indessen doch der Pommern Mutter bleiben
 Ob dir gleich das beliebt / was Gottes Rath bestimmt.

Zu Bezeugung seines schuldigen Mitleidens
 schrieb dieses

J. F. CREITLOVIUS, Gryphib. Pom.

War lehret die Natur / daß Menschen müssen sterben /
 Weil keiner in der Welt numehr unsterblich bleibe.
 Die Bibel zeigt es klahr / daß keiner kan ererben /
 Den Himmel / da Ihm noch / was irdisch ist / ankleibt.
 Dennoch so schmerzet es / wenn diese Welt verlassen /
 Die uns durch Blut verwandt / und sonst verbunden seynd;
 Zumahlen da Sie Jung / und alles Böse hassen /
 Der Tugend liegen ob / und sind den Lastern feind.
 Das machet / Fleisch und Blut / kan sich darein nicht schicken /
 Wenn Gott bald kurz bald lang setzt unser Lebens-Zeit;
 Es will in voller Freud nicht gern das Leid erblicken /
 Die doch zusammen sind in dieser Eitelkeit.
 HERR UTZCH / werther Freund / veruhrsacht grosse Schmerken /
 Da Er ganz unverhofft / erreicht das Lebens-Ziel;
 Der VATER trauert sehr / die MÜTTER klagt von Herzen /
 Die BRÜDER grämen sich / die SCHWESTERN weinen viel.
 Die FREUNDE kommen auch zu mehren solches klagen /
 Und der Jhn nur gesehn / bedaurt Jhn wie Er kan;
 Weil Er gestorben ist in seinen besten Tagen.

O all zu früher Tod! was magstu Knochen-Mann?
 Doch / weil es So.: allein / der dieses so geführet /
 Und den / so Er geliebt / genommen aus der Zeit

Dahin / da keine Angst / kein Unglück Jhn berühret /
 Da Schmerken müssen weg / da lauter Seeligkeit.

So will es billig nun gebühren den VERWANDTEN /
 Die auch insonderheit betrauren diesen Tod /

Daß sie als Christen-Leut nebst anderen VERANDTEN
 Nicht gar zu traurig seyn / und bleiben stets in Noth.

Denen / über den unverhofften Todes-Fall Hoch-
 betrübren / setzet dieses zu Ehren.

HEINRICUS Schmidt / Sed. Pom.

Mortuus est UTECHT, solamen spesq; Parentum,
 Quois ideo ex oculis plurima gutta cadit.

Sed defunctus adhuc vivit, vivet quoque semper,
 Idcirco MOESTI ponite tristitiam.

Ponite tristitiam. Nam terq; quaterq; beatus
 Jam nunc est UTECHT VESTER in arce Dei.

JOH. CASPAR HAUGK, S.S. Theol. Stud.

Ceu fuga vita hominum! vix tam cito disperit unda
 Tam cito vix nunquam vox reditura volat.

Hoc testatur UTECHT vera Pietatis amator
 Ingens solamen deliciarumq; Matris

Curarum & senii venientis dulce levamen
 Quem rapit ante diem vis truculenta necis.

Ast felix qui sic Academica Tempe reliquit,
 Ac pro terrenis calica testa petiit!

Sympathias ergo ponebat

GEORGIUS WILHELMUS SCHRADERUS.

5 (0) 5

Mag. VI 9

[= Occasionalia vol. 3
= Funeralia S - Z]

VD17



In Obitum Beatum

VIRI - JUVENIS

PEREXIMII, PRÆSTANTISSIMI AC CLARE-DOCTI,

DOMINI

LUDOVICI

Utechten/

SEDINO-POMERANI,

S. S. THEOL. ET PHILOS.

STUDIOSI MAXIME INDUSTRII,

EPICEDIA

à

PATRONIS, PRÆCEPTORIBUS, FAU-
TORIBUS ET AMICIS,

leniendo dolori

adornata

Ipsò exequiarum die XXIII. Februar.

A. M. DC. XC.

